



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

44 Vites ingluviem, convivia, sive tabernas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

hac eadem loquacitas inquitur, quae servire auditoribus  
ad usum profectus ignorat. Vnde bene per Moysen dici-  
tur a. [Vir qua fluxum semini patitur, immundus est.] In men-  
te quippe auditum, semen secunda cogitationis est  
qualitas audit locutionis; quia dum per aurem sermo  
concepitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab  
hujus mundi sapientibus predicatorum egregium seminiver-  
bus b est vocatus. Qui ergo fluxum seminis patitur,  
immundus astur, quia multiloquio subditus, ex eo le-  
inquitat: quod si ordinare promeret, prolem recta  
cogitationis edere in audiendum corda & potuerit: dum  
que incutus per loquacitatem defluit, non ad usum ge-  
neris, sed ad immundiam semen effundit. Vnde Paulus  
quoque cùm discipulum de instantia praedicacionis  
admoneret, dixit d. [Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui  
judicaturus est vivos & mortuos, per adventum ipsius & regnum  
eius, predia verbum, in quo oportuni, importuni.] Dicitur im-  
portune, præmisit [opportune], quia scilicet apud audi-  
toris mentem ipsa sua utilitate se destruit, si habere im-  
portunitatis opportunitatem nescit.

C. II. q. Pericula & calamibus sacra non sunt  
committenda.

Item Clemens epist. 3. in extremo.

<sup>2</sup> **I**n mandatis & habemus, ut venientes ad civitatem  
ps discamus prius, quis in ea dignus sit, ut apud eum  
cibum sumamus, quanto magis nosse convenit, quis, qua-  
lius sit, cui immortalitas verba credenda sunt? Sol-  
liciti enim, & valde solliciti esse debemus, ne s. margari-  
tas nostras mittamus ante porcos. Sed & ob alias cau-  
tas utile est viri hujus habere me notitiam. Si enim sci-  
am, quis in his de quibus non potest dubitari, quod bo-  
na sint, emendantes est, & incupibilis, hoc est, si sobri-  
us, si misericors, si iustus, si mitis, & humanus (qua utiq;  
bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur, ut  
ei, qui obtinet bona virtutum, etiam quod deest fidei &  
scientiae, conferatur: & in quibus maculari ejus vita  
videtur, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si  
verò in iis, quæ paucam sunt, peccatis involutus per-  
manet, & inquinatur, non me oportet ei aliquid de fe-  
citionibus & remotis divina scientia proloqui, sed  
magis protestari, & convenire cum, ut peccare definat,  
& actus suos à virtutis emender. Quod si ingenerit se, &  
provocaverit nos dicere, quæ sum minus recte agentem  
non oportet audire, prudenter cum debemus eludere.  
Nam nihil omnino respondere, auditorum causa utile  
non videtur: nisi forte existimat nos responsionis pe-  
nitentia declinare certamen, & fides eorum ladanatur, non  
intelligenti propitius nostrum.

C. III. q. Verba praedicacionis persecutori-  
bus suis predi- non subtra-  
hant.

Item Analetus, epist. 1. omnilua episcopus.

<sup>3</sup> **S**imus g. autem multos ob id infestare doctores,  
ps ut eos perdant, & placita proprie voluntatis adim-  
pleant. Non propterea tamen doctores (in quantum vi-  
res suppetunt) a recta amulatione, & bona intentione  
b recedere debent, scientes, quia beati s, qui persecu-  
tionem patiuntur propter justitiam.

C. IV. q. Non est mundus à sanguine subiecto-  
rum, qui Dei consilium illius non  
amittat.

Item Gregorius Venantio, lib. 1. epist. 33.

**E**phecius Paulus dicit a. [Munda sunt manus meæ à  
sanguine omnia vestris: non enim subterfugi, quo  
minus amittarent omne consilium Dei vobis.] Mundus  
ergo à sanguine eorum non est, si eis Dei consilium.

a Levit. 17. b Ador. 17. c al. corde, d 2. Timoth. 4.  
e Matth. 10. Marc. 8. f Matth. 7. g Ivo p.s. c. 27. h al.  
institutione. i Matth. 5. k Ador. 20.

annuntiare noluerit: qui cùm increpare delinquentes  
noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit.

C. V. q. Aeternæ damnationis panam incurrit  
predicator, qui semen divini verbi  
non spargit.  
Item Nicolaus ad Michaelum Imperatorem in  
epistola cuius initium est [Prepo-  
stuarum.]

**D**ispensatio a est nobis ecclesiæ feminis injuncta:  
v. si non spargimus: valetacerimus. Quod cum  
electionis vas formidet, & clamet, quanto magis cul-  
pabit exiguo metuendum est? Proinde sicut non leve del-  
ictum incumbit Pontificibus siluisle pro divinitatem cul-  
pere, & ecclesiæ correctione quoq; congeuit, ita his (quod  
abfit) non mediocre periculum est, qui cum debeant pa-  
rere, despiciunt.

4. pars. Pariter c. quoq; observare debet sacerdos, ne inde-  
gnus, & non intelligentibus secreta mysticæ, sua predicatione re-  
incipiat. Quia enim ea docet, quæ ab auditoribus non intel-  
liguntur; non ad eorum utilitatem, sed ad suscitationem facit. Vnde  
in expositione [Beati immaculati.] dicunt: [Vitium offi-  
cata mysteria vulgare indigne: quod sit vel loquacitate incaute, vel  
sine judicio volat invocabile verbum, vel adulatio, ut ei place-  
at secreta revelat, vel scelatione scientie, ut plura ferre videatur.  
In quibus omnibus profecto datum intelligit, quanta debent esse difi-  
ciles in predicatione sacerdoti: quæ si forte carceris, tanquam on-  
us, sacerdotalis officii indicatur indigunt.

#### DISTINCTIO XLIII.

<sup>1</sup> **C**um autem vinclonum esse problemat, gode in empri-  
ps tam nequam habere permittitur. Negue no-  
ebrietas prohibetur, & vorax etiam permittitur. Vnde  
que enim inter tenetrum Apostolus connumerat, scilicet  
Romana d. [Non incombustionibus, & ebrietatis  
Ventris, & namque inglorie ad luxuriam provocat facile, & in  
opus bonum disolutus. Vide venter & genitalia flumen ipsi vis-  
cione: ut ex vicinante membrorum confederatio intelligatur  
cum. Hinc etiam Nabardam f. principem coquorum na-  
Hierusalem destruxisse legit: quia venter, cui mulierudo cap-  
rum deservit, edificia virginum ad fidem redigit. Sacerdos  
de aliari vivere, non luxuriarum querat, ut ait Hieronymus g, [Te  
o sacerdos altario vivere, non luxuriarum querat, ut ait Hieronymus g, [Te  
ebrietate, non oportet vocandum confessationibus  
ebrietatis.

Unde Augustinus scribit ad Aurelium epi-  
scopum, epist. 64.

**C**onfessiones b & ebrietates ita concessæ & li-  
ta purantur, ut in honore etiam beatissimorum  
martyrum non solum per solennes dies, (quod ipsis  
quis non lugendum videat, qui hac non carnei oscu-  
lantur?) sed etiam quotidie celebrantur. & post pa-  
ce: Non ergo asperge, quantum existimo, non dum  
modo imperio ista tolluntur: magis docendi  
quam jubendo, magis monendo, quam minando. Si  
enim agendum est cum multitudine peccantium. Et  
veritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et

a Dispensatione notis. 1. orig. b 1. Corin. 9. c Col-  
ord. ex Ambros. serm. 2. in Pjst. 118. in ver. [Abscondi-  
tua.] d Rom. 13. e Hieron. in ep. ad Amandum, &  
gust. de Temp. serm. 5. Gregor. in pastor. part. 3. cap. 20. f 4.  
giorn. ultim. secundum 70. g In Michaeam, cap. 3. in extre-  
h Ivo part. 3. cap. 68. i abiit ab orig. Iovene & aliquantum  
scripta Gratiani,

quid minatur, cum dolore fiat, de scripturis comminans  
divindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate;  
sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius move-  
buntur spiritales, aut spiritualibus proximi; quorum au-  
toritate, & lenitatem quidem, sed instantissimis admis-  
sionibus certa multitudine frangatur.

C. IL. ¶ Nulli clericorum aut continentium  
licet tabernas intrare.

Item ex concilio Laodicensi, c. 24.

NON a oportet clericos servientes i. presbyteri us-  
que ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici o-  
mines usq; ad ministros, aut lectors, aut exorcistas, aut  
ostiarios, aut psalmistas, aut eriam eos, qui in proposito  
continentia sunt, tabernas 2 intrare.

¶ Clericos servientes] Greci et. 1529. p. 105, quod Dio-  
nysius verit, sacro ministerio deditos: quam versionem con-  
statim Aquila grauense, Burchardus, & Ivo attulerunt.  
2. ¶ Tabernas] Sequitur in improprio, nisi causa necessi-  
tatis: que sunt expulsi, quia neg. in plenaria manu scripti, neg. in  
Burchardo, & Ivo, nego in ipso concilio Laodicensi, aut Aqui-  
la grauense (ubi e. do. hoc idem reperitur) legimus: videtur tamen  
accepta ex can. Apost. 14.

C. III. ¶ Deponitur clericus, qui tabernam,  
aut ergasterium habere vo-  
luerit.

Item ex festo synodo, cap. 9.

VIII clero licet tabernam, 1 aut ergasterium ha-  
bere. Si enim hujusmodi tabernam ingredi prohibi-  
etur, quanto magis alii ministrare in ea? Si quis vero  
tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur.

1. ¶ Tabernam, aut ergasterium] Greci et. 1529.  
¶ ip. 1529. 10, id est, cauponiam tabernam.

C. IV. ¶ Nisi necessitate compulsi clerici ta-  
bernas non ingrediantur.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 27.

Lericci b. edendi vel bibendi causa, tabernas non  
ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate com-  
pulsi.

C. V. ¶ Corripiendo est episcopus, qui convivis  
occupatur.

Item Gregorius Nazari episcopo, lib. 2. reg. in-  
di. 10. epist. 14.

2. Mvlitis ab urbe tua venientibus, frater charissime,  
ps didici, pastorali cura derelicta, solis te convivis  
occupatum: qua auditu non credetum, si huc actionum  
tuarum experimentum approbarent. Nam quia nequa-  
quam lectio studias, nequaquam exhortationi invigiles,  
sed ipsum quoque usum ecclesiastici ordinis ignoris;  
hoc est in testimonium, quod eis, sub quibus es positus,  
seruae reverentiam necis.

C. VI. ¶ De eodem.

Idem ad eundem lib. 2. epist. 37.

Convivia, qua ex intentione impendendz charita-  
tis sunt, recte vesica fraternalis o in suis epistolis  
laudat. Sed tamen sciendum est, quia tunc ex charita-  
te veraciter prodeunt, cum in eis nulla absentium vi-  
ta mordeatur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec in  
eis inanes secularium negotiorum fabula, sed verba  
facta lectio audiuntur: cum non plus, quam necesse  
est, levitatem corpori, sed sola eius infirmitas reficitur,  
ut ad usum exercendz virtutis habeatur. Hac itaque si-  
nos in vestris convivis agitis, abstinentium, d fateor,  
magistri estis.

C. VII. PALEA.

Item ex concilio Nannerensi.)

a Conc. Aquilagr. cap. 6. Burch. l. 2. c. 131. Ivo part. 6. cap. 205.  
b Aquilagr. conc. go. Burch. l. 2. cap. 130. Ivo p. 6. cap. 204. c al.  
f sanctissima. d al. abstinentia.

VIII presbyterorum, quando ad anniversarium  
diem, trigesimum, aur septimum, vel tertium aliqui-  
jus defuncti, aut quacunq; vocazione ad collectam pres-  
byteri convenerit, se inebriare ullatenus profumar, nec  
precatus amore & factorum, vel ipsius anima bibere,  
aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatio-  
ne ingurgitare; nec plausus, & iusus inconditos, & fabulas  
inanis ibi referre, aut cantare profumat, aut turpia ioca,  
vel urso, vel tornatrixibus ante se fieri & patiatur: nec  
larvas dannorum 1 ante se fieri consentiat: quia hoc  
diabolicum est, & a sacris canonibus prohibitum.

1. ¶ Daemonum 1. Burchardus addit, quas vulgo Tala-  
mascas dicunt.

C. VIII. ¶ De eodem. PALEA.

¶ Vando d autem convenerint presbyteri ad aliquod  
convivium, aliquis & prior illorum, versum ante  
mensam incipiat, & cibum benedicat; & tunc secundum  
ordinem sedent, alter alteri honore probantes; &  
per vires cibum & potum benedicant, & aliquis de illo  
rum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et s' post  
refunctionem similiiter sanctum hymnum dicant ad ex-  
emplum g Domini, sicut in cena fecisse legitur: & sic  
se contineant omnes presbyteri maxime in talibus locis,  
ut non vituperetur ministerium illorum.

C. IX. ¶ De eodem. PALEA.

Item ex eodem.

¶ Vando h presbyteri per Kalendas simul conveni-  
ent post peractum divinum mysterium i, ad necessa-  
riam collationem, non quasi ad plenam refunctionem, sed  
quasi ad prandium, ibi ad tabulas residant: ne per talia  
mhonesta convivia se invicem gravent: quia indecens  
est, & onerosum; s' sep' etiam tarde ad ecclesiam redeun-  
tes magis damnum de reprehensione consequuntur, quod  
de gravedine mutua contrahunt, quam lucrum ibi fac-  
tiant. Nam de hujusmodi conventu Paulus Corinthios 2  
reprehendit, qui inconvenienter coenam Dominicam  
manducare conveniebat. Sic & qui ad coenam Domi-  
nicam, id est, ad collationem verbi sub occasione conveni-  
& ex veritate n ventris causa conjunguntur, re-  
prehensibilis coram Deo, & hominibus habentur. Et  
ideo peractis omnibus, qui voluerint, panem cum chari-  
tate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant;  
& singuli singulos bibere faciant; & maximè ultra ter-  
tiam vicem poculum non contingant, & sic ad ecclesias  
redeant.

C. X. ¶ Christiani ex symbolo convivia non  
celebrent.

Item ex concilio Laodicensi, c. 25.

3. NON o oportet ministros altaris, vel quoslibet cle-  
rics, aut etiam laicos Christianos ex symbolo  
[qua p vulgo comedialis appellat] convivia celebrare.

C. XI. ¶ Sacramentum scripturarum letio sacerdo-  
talibus sacerdotibus convivis mi-  
scatur.

Item ex concilio Toletano 3. 97.

P Ro q reverenter Dei & sacerdotum, id universa san-  
cta constituit synodus, ut (quia solent crebro uen-  
sis otiosae fabula interponi) in omni sacerdotali convi-  
via lectio divinarum scripturarum misceatur. Per hoc  
enim & anime adificantur ad bonum, & fabula non  
necessaria prohibentur.

a De confec. dist. 3. c. nullus. Burch. l. 2. cap. 161. Ivo p. 6. v. 252.

b al. in amore. c al. facere permittas. d Burch. l. 2. cap. 162.

Ivo p. 6. c. 253. e decanus, aut aliquis. f Burch. g Matt. 26.

h Burch. l. 2. c. 164. Ivo p. 6. cap. 25. i al. ministerium. k C.

l al. abi. m s' Corinb. 11. n al. inglorietate. o Conc. A-

quilegra. c. 3. Rab. in p. o. 27. p Ista sunt additae loco cuiusdam

glossa. q Burch. l. 2. c. 169. Ivo p. 6. cap. 260. Raben. in p. o. 27.

Apud Martin. Braca.

C. XII. ¶ De confertis nec convivia facere, nec ante horam diei tertiam clericis co-medore licet.

Item ex concilio Martini Papa, c. 61. & 66.

**N**on a licet sacerdotes, vel clericos, sed nec religiosos laicos convivia facere de confertis. ¶ Nec oportet clericos, vel laicos religiosos ante facram horam diei tertiam inire convivia, nec aliquando clericos, nisi hymno dicto, comedere panem, & post cibos gratias auctori Deo referre.

Si ergo laicus confecciones dannabilis sunt, multa magis sacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (ut Hieronymus b. ait) crassum sensus generat: cum sacerdos talis sensu contra vigilem debet, & tenuis: atque ideo edacitatis visio obnoxia in sacerdotes ungi non debet. Hic enim (ut ait Gregorius in moralibus) qui adhuc vulturum bello subiacens, nequam quam per predicationis usum praesesse magisterio exterorum debent.

#### DISTINCTIO XLV.

**S**equitur c. (non percusorem.) Non enim oportet episcopum ita esse irascibilem, & perturbari sensus, ut percussa sit, qui debet esse patientes: sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella.

C. I. ¶ Verborum correptione, non verberibus timeri debet episcopus.

Vnde Gregorius scribit homini episcopo Constantiopol. lib. 2, epist. 52. al.

cap. 91.

**Q**uid autem de episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, bene fraternalis vestra novit. Paffores etenim facti sumus, non percussores: & egregius predicator dicit, e. [Argus, obsecra, supe par omni patientia & doctrina.] Nova vero atque inaudita est ista prædictio, qua verberibus exigit fidem.

C. II. ¶ De codem.

Item in concilio Romano sub Sylvestro, c. 17.

**N**eminem f quisquam peccantem clericum cede attingat, non presbyter, non diaconus, non episcopus clericus, vel servitorum ecclesie ad eadem perducatur. Sed si ita causa exigit clerici, triduo priueter honore, ut penitens redeat ad matrem ecclesiam.

C. III. ¶ Non affter, sed blandi verbis, ad fidem sunt aliqui provocandi.

Item Gregorius Pafchafio episcopo Neapol.

lib. 11, epist. 15.

**Q**ui sincera intentione extraneos à Christiana religione ad fidem ciuiunt rectam perducere, blandimentis non aperitibus debent studere, ne quorum mentem redditia ad plenum ratio poterat revocare, pellar procul adversitas. Nam quicunque alter agunt, & eos sub hoc velamine à consueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illamagis, quam Dei caufas probabant attendere. ¶ Iudai h. liquidem Neapol. consistentes questi nobis sunt, asserentes, quod quidam eos à quibusdam feriarum suarum solemnitibus irrationabiliiter nitantur arcere, ne illis sit licitum festivitatum suarum solennia colere, sicut eis nunc usque, & parentibus eorum longis retrò temporibus licuit obseruare. Quòd si ita se veritas habet, supervacua rei videntur operam dare. i. Nam quid utilitas est, quando, eis contra longum usum fuerint veriti, ad fidem illis, & conversionem nihil proficit? Aut cur iudeis, qualiter ceremonias suas celere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, ut

a. Burch. l. 2, c. 165. Ivo part. 6, cap. 276. exp. 6. b. Epif. ad Neopatriamon. lib. 28, cap. 10. c. 1 Tim. 3. & ibi gl. ordin. & Ausef. ex Hieron. ad Occamom. d. Is. Dic. lib. 9. exp. Polyc. lib. 4. tit. 9. e. 2. Tim. 3. p. f. Nomo. ] orig. g. al. plane. h. Ivo p. 13, cap. 103. i. al. adhibere.

ratione potius, & mansuetudine provocati, sequi nos velint, non fugere: ut eos, ex eorum codicibus ostendentes que dicimus, ad finum matris ecclesie Deo possimus adjuvante convertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adjuvante, ad cōvertendum accendar, & de suis illos solemnitibus inquietari deno non permittat: sed omnes festivitates, feriasque suas, sicut haestens tam ipsi, quā parentes eorum per longe coletentes retrò tempora tenerunt, liberam habeant observandi, celebrandi, licentiam.

C. IV. ¶ Non severitate, sed benevolencia subditos prælati corrigit.

Item Gregorius III. in epistola episcopi per Galliam, & Germaniam confirmata.

**L**acet a plerisque accidunt in sacerdotibus, quæ sum reprehendenda, plus tamen erga corrigit aga benevolentia, quam severitas; plus cohortatio, quam comminatio; plus charitas, quam potestas: cum non mo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato vivi. Nam si Dominus e statim post tribum negationem beatum Petrum Apostolum præceptorem nostrum judicialiter, non tantum ex eo fructum, sicut fecit, recipi esset. Expectandi ergo, atque corrigit magis sunt rectores ecclesie, quā statim judicandi: cum majora negotia, & difficultiores causatum existat, & factorum patrum canones spiritu Dei conditi, & totius mundi reverentia conservati, jubeant sub nostra sententia expectatione suspendi, nostroque moderatione finiri. Vnde necesse est hæc, & alia ecclesiastica quæcumque negotia post multum experimentum causarum sollicitius perscribi, & diligenter praecaveti: quatenus per spiritum charitatis & pacis, omnis materies scandalorum, & presumpti invidorum in atque oppresione simplicium fratrum & ecclesie Domini auferantur. Et sic non vult quod quam fratum se aliorum iudicio pragmari, ita non videat alii inferre, quod sibi non vult fieri. Iudici non sum cogendia fidem, quam tamen si inviti suscepimus, & gendi sunt retinere.

I. ¶ Invidorum] In epistola Gregorii III. (que est in sa memorato codice bibliotheca Dominicana.) & ab quo vetustissimo exemplaribz Gratiani legitur, Iudorum.

C. V. ¶ Sic ut non sunt Iudei ad fidem cogendi, ita nec conversi ab ea recedere permituntur.

Unde in concilio Toletano 4. c. 16. statutum est. **D**E & Iudeis autem præcipit sancta synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri. [Cui f. ea vult Deus, misericordia, & quem vult, induxit.] Non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut integra forma iustitia. Sicut enim homo proprii arbitrii voluntate serpenti obedient perire, sic vocante se gratia Dei propriæ mentis conversione homo quisque credendo salvatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrii facultate convertantur, iudicendi sunt, non potius impellendi. Qui autem jam pridem ad Christianitatem coacti sunt rebire (sicut factum est temporibus religiosissimi principi Sisebuti) quia jam confitit eos sacramentis divinis locutios baptismitatiam suscepisse, & christinatus unius esse, & corporis, & sanguinis Domini extitisse participes, oportet, ut fidem, quam etiam vi, vel necessitate suscepimus, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam suscepimus, vilis, & contemptibilis habeatur.

a. Infrā ea, cap. licet. Ivo part. 5, cap. 262. b. al. commun. c. Monach. 26. d. preffici. ] orig. e. Burch. lib. 2, cap. 57. Ivo part. 1, cap. 276. f. part. 13, cap. 34. Panorm. lib. 1, cap. 70. f. Rom. 10.

c. 17.